

Et paulopost, εν ταυθα αμαρτυρομ εσι δικασηριον, εν αυτω δε δικαζε ο ημαρτη
 κως. Porro tamen in collectaneis quibusdam Græcis multa cōpererim
 de pœnitentia ac confessione, partim ex ueteribus Basilio, Chryosto-
 mo, Maximoq; partim ex iunioribus Nilo, Climace, Isaaco, & Thalaf-
 sio monachis desumpta, placuerunt tamen in primis quæ nuper ex co-
 dice quodam uetustiori excipsi, ex libello, de medicina pœniten-
 tiæ, qui Augustino inscribitur, & aliunde etiam, per studiosum quēpiā
 sublecta. Nam à Gratiano uarijs locis uarijs titulis citātur. Eaq; uisum
 est huc transponere, quod hic simul legi possint, quæ alibi uel sparsim,
 uel truncate habentur. Imò libellus de pœnitentiæ medicina sic latet in-
 ter opera Augustini, ut raro legatur. Vnde hæc sunt pro maiori parte
 ad uerbum accepta. Sic autem exorditur, Vita (inquit) humana quāta-
 libet præpolleat fecunditate iustitiæ sine peccatorū remissione nō agi-
 tur. Quoniam filij dei quamdiu mortaliter uiuunt, cum morte confli-
 gunt, & sic spiritu dei excitantur, & tanq; filij dei proficiunt ad deum, ut
 etiam spiritu sancto, ad grauante corruptibili corpore tanquam filij ho-
 minis, in quibusdā motibus deficiāt ad seipsos & ideo peccent. Interest
 quidem quantum. neq; enim quia peccatum est omne crimen, ideo cri-
 men est etiā omne peccatū. Itaq; sanctorum uitam q̄diu in hac morte
 uiuitur, inueniri posse dicimus sine crimine. Vnde Apostolus eligendū
 dicit episcopū, si quis sine crimine est. Peccatum autē si dixerimus quia
 nō habemus, ait alius Apostolus, nos ipsos seducimus, & ueritas in no-
 bis non est. Sed neq; de ipsis criminibus q̄libet magnis in sancta eccle-
 sia remittendis dei misericordia desperanda est agentibus pœnitentiā,
 secundū modū cuiusq; peccati. In actione aut pœnitentiæ ubi tale com-
 missum est, ut is qui cōmisit, à Christi etiā corpore separetur, nō tam cō-
 sideranda est mensura temporis quàm doloris. Cor enim contritum &
 humiliatum, deus non spernit. Verum quia plerūq; dolor alterius cor-
 dis occultus est alteri, nec ad aliorum notitiam per uerba uel quæcunq;
 alia signa procedit, cum sit coram illo cui dicitur, Gemitus meus à te nō
 est absconditus, recte constituuntur ab his qui ecclesijs præsumt, tempo-
 ra pœnitentiæ ut satisfiat etiam ecclesiæ in qua remittuntur ipsa pecca-
 ta, extra eam quippe nō remittuntur. Ergo cum tanta est plaga peccati
 atq; impietas morbi, ut medicamenta corporis & sanguinis domini dif-
 ferenda sint, autoritate antistitis debet se quisq; ab altario remouere
 ad agendam pœnitentiam, & eadem autoritate reconciliari. Hoc est
 enim indigne accipere corpus & sanguinem domini, si eo tempore acci-
 piat, quo debet agere pœnitentiam. Nam & ipsa pœnitentia quando
 digna causa est, ut secundum morem ecclesiæ agatur, plerūq; infirmita-
 te non agitur, quia & pudor timor est displicendi, dū plus delectat ho-

no est liber augustini de uera et falsa pœnitentia

Ecclesie phanastice ut satisfiat debet satisfieri ecclesie.

Quid retraheret à publica pœnitentia.

Extra uera electionem ecclesiam nulli b 4 minum
dimittitur pœnitentia